

ANALOGIA IVRIS AD VESTEM.

Qua iuris naturalis, gentium & ciuilibus
species illustrantur.

Auctore FRAN. BROEO I. V. in Academia
Bituricensi Professore.

*Relatio ad coll. M. de
Quencia*



PARISIIS,
Apud CLAVDIUM CRAMOISY, iuxta primam
Aulae Basilicae Columnam.
M. DC. XXXIII.

Cum Privilegio Regis.



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
D. LVDOVICO
BORBONIO
ENGVIENNENSIVM
DVCI.

CONSILIVM optimi Prin-
cipis, parentis tui planè san-
ctum est (Princeps Illu-
strissime) qui te non tam
pretiosis vestibus, in quibus plerique
suam dignitatem collocatam putant,
quàm eruditione, quæ animi vestimen-
tum à quodam appellatur, ornari curat.
Vtrumque ornatum corporis & animi
peculiarem postulant profapiæ regie di-
gnitas & liligeræ domus, unde ortus es,



ANALOGIA IURIS AD VESTEM.



HICULNEA aut ex alia fron-
 de vestis qua primi paren-
 tes vsi sunt , naturalis à
 Theologis appellatur. Nō
 alia induræ gentes , si ta-
 men gentes dicendæ sint , quæ nec iure
 gentium utebantur , sed in victu propè
 belluino & vsu naturalis iuris quod ani-
 malibus commune , diu perseuerarunt.
 Massagetæ Hircano mari adiacentes , vt
 sine lege , sic se sua arbore vestiunt. ἀμ-
 πύχονται , inquit Strabo , ἐν τῆς τῆς δέν-
 δρων φλοιού. Fron dibus arborum suarum
 vestiuntur. Plinius Astonomorum gen-
 tem , quæ ad extremos fines Indiæ ab

*Ius natura-
 le vestis ex
 fronde.*